

Q. K. 363, 2.

(X 190 4468)

II u
631

De

TRIBULLIS,

Potissimum

AQUATICIS,

Ad

*Theophrast. Eres. Dioscorid. & C.
Plin. Secund.*

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO,

DN. GEORGIO CASPARE
KIRCHMAJERO,

Profefs. Public. Acad. Seniore,


GEORG. ABRAH. PIELNHUBER,
Aldorfinus,

Differet in publico,

Ad diem XIV. Septembr. Anno M. DC. XCII.

WITTENBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.



TRIBUNALIS

ANATOLICIS

Georgii Caspary & C.

DN. GEORGIO CASPARE

KIRCHMÄJER.

Protes. Pöbner Acad. Seniore

GEORG ARKADII PÖBNER

ANNO 1800

CHRISTIANUS CHODURA

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS





B. C. D.

AD

THEOPHRAST. ERES. HIST.

Plantar. lib. 4. c. 10.

Luviorum singuli privatim aliquid ferre videntur: ut & loca terrena. Tribulus non in omnibus; nec ubique erumpit: sed palustribus fluminum tantum, altitudine profundissimâ quinquorum digitorum: aut paulò profundiore: ut in Strymone fluvio; tanta penè & arundo & reliqua prodeunt. Ipsa folia inflexa quodammodò & occultantia tribulum. Tribulus ipse mersus in aquam, pronus ad imum vergit. Folio amplo, ad effigiem ulmei; pediculo admodum longo: caule, parte summâ quidem crassiori: unde folia fructusque dependent: infernâ autem graciliori, continuè usque ad radicem, capillamenta quaedam indidem exorta gerente: quâ maxima ex parte adversa inter se congruunt, non-

A 2

nulla

408) 4(90
nulla etiam discrepant. Subtùs ab radice ampla
exeunt: superiora assiduè ad minus minusque pro-
cedunt: ut postrema omninò sint: & differentia
magna ab radice ad caulem exultet: pleraque late-
ralia germina insurgunt: quippe terna, quater-
naque: quorum maximum assiduè, quod ab radi-
ce propiùs absit: tunc quod post id sequitur: & re-
liqua deinceps, pro ratione. Germen ipsum, quod
latere promit, velut caulis alter est. Primò qui-
dem gracilior, sed folio fructuque similis: fructus
niger, dulcisque vehementer. Radicem quantam
qualemque habeat? querendum. Talis natura tri-
buli sunt. Nascitur semine decidente, germenque
in vere suum emittit: radicem alii annuam, alii
diuturniorem affirmant: & caulem ex ea oriri. Hoc
igitur querendum proprium præterea, quæ reliquis
insunt. Capillamenta ista cauli adnascencia intel-
liguntur: hæc enim nec folia, nec caules esse viden-
tur. Nam lateralis quidem ipsa germinatio com-
munis arundine, aliusque habetur: propiora ita-
que privatè: communia publicè contemplari con-
gruum est. Quia & secundum loca dividendum: ut
si alia palustria, alia lacustria, alia fluvialia po-
tius sint: aut etiam omnium locorum communia: &
in humido, ac sicco eadem nascantur; & quæ in hu-
mido tantum.

DIA-

DIOSCORID. ANAZARB. l. 4. Mat. M. c. 13.

Tribuli genus unum terrestre, foliis, ad effigiem Portulacæ, tenuioribus viticulis in terra stratis. Spinis secundum folia rigidis, præduris. Juxta amnes & rudera nascitur. Est & alterum genus, aquis familiare, quod in fluminibus natis comam exerit, aculeos condens, foliis latis, & pediculo longo: caule parte summâ, quàm imâ, crassiori: capillamenta quædam indidem exorta spicant. Semen durum ab altero non abhorrens. Uterque refrigerantis & inspissantis est natura: ideò inflammationes omnes cataplasmate adjuvat. Ulcera in ore erumpentia, putredines, gingivas, tonsillasq; persanat. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Semen dum recens bibitur, calculosis juvamentum affert. Drachma terrestris tribuli pota, illitavè, ietos à vipera recreat. Contra venena cum vino aptissimè bibitur, decoctum ejus sparsum pulices necat. Thraces, qui ad Strymona amnem habitant, virenti tribulo equos saginant, & è dulci semine & esulento panem, quò vescuntur, faciunt.

C. PLIN. SEC. HISTOR. NATURAL.

LIB. XXII. CAP. X.

Tribuli unū genus in hortis nascitur; alterum in fluminibus tantū. Succus ex his colligitur ad oculo-

A 5

rum

in medicinas. Est enim refrigerantis natura. Et ideo utilis contra inflammationes collectionesque. Ulcera per se erumpentia. Et præcipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thracæ, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos saginant: ipsi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, Et qui contrahat ventrem. Radix, castè purèque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat, tritum verò, Et in aquam sparsum, pulices necat.

ANNOTAMENTA GENERALIA DE TRIBULIS.

§. I.

Solum quoque nomen Tribuli meretur, ut non eruantur obiter, quæ delitescunt in Philologia Græca & Latina, hûc imprimis pertinētia. Sunt, qui à τριβω, quod est *terere*, *trico*, (unde priscis etiam Latinis *tribo* usitatum olim,) tribulum deducunt. Hinc & *Tribades* apud *Juvenal.* satyr. 6. *fricatrices* *fœminæ* libidinis portenta notant, apud *Martial.* l. 1. *Epigr.* Sed rectiùs à τρις & βόλος τριβολος. Βόλος à βάλλειν, jactum stimulumque signat. Nomen ergo inditum à τρις & βάλλειν; quòd, quomodocunque tribulus projiciatur, tres aculei deorsum vergant, incumbentes solo. Germanicè ein Drey, Wurff; da man allezeit drey Spizen untero wårts wirfft. Nec tamen eadem origo tribulorum variorum. Instrumentum scil. à terendo, tritum tribulum, (ut à radendo, rasum, rabula, à fando fatum, fabula) vocatum. Germanicè ein Dreschfl. est, quo è spicis exteruntur

tur grana & exentiuntur. In neutro genere *tribulum* producit primam, sed eandem corripit in masculin. genere ac foeminino, *tribulus* ac *tribula*. Veteribus plostellam atque tabulam lapidibus, aut ferro asperatam inducere mos fuit, estque adhuc inter *Asiaticos* & *Africanos*; dum jumentis junctis circumagitur plostellum; quò impositus auriga, grandi pondere, dentatis assibus, aut modo alio, excutere è spicis grana solet. *Nicolaus Schmidt, Dresdensis*, in Itinerar. & hist. captivitatis. suæ p. 14. expressè sic depingit: Man leget das Getreyde im freyen Felde umb einen Ring / also / daß sich die Aehren hineinwarts kehren / spannet zwey Ochsen an ein Breth / welches in Grösse eines ziemlichen Tisches / und unten durch und durch mit scharffen Kieselsteinen aufgesetzt / darauf ist einer / und leitet die Ochsen auff dem Getrâyde / mit einem Seil so lange herum / bis dasselbe ganz zerschnitten / und gleichsam wie Heckerl. worden. Dieser hat auch bey sich eine Schauffel und hölzern Gefäß / womit er der Ochsen Nothdurfft aufffänget / und über das Getrâyde hinaus thut. Sonsten läffet man die Ochsen fressen / was sie wollen / und wird also von dergleichen Barbarischen Völkern / dem Ochsen der da drischet / das Maul nicht verbunden. Wann ein Wind ist / wirfft man das zerschnittene Getrâydig nur in die Höhe / und säubert dergestalt die Körner von der Spreue. Sic & intelligendus *Plin. Nat. l. 18. c. 30. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur.*

Tribulum proinde non significat, quod *tribulus*. Ab illo *tribulare*, *tribulatio*, *tribulosus*, & similia, id genus, oriuntur. *Tribulare*, pro *affligere*, metaphorâ Ecclesiasticorum novâ, nec latinis usitata, dicitur. *Hieronymus*, vel quisquis autor *Commentarii in Psalmum CXX.* est:

Nemo

Nemo, inquit, tribulatur, nisi qui pie vivere desiderat in Christo. Ὅτι ἀπὸ πολλῶν θλίψεων θεὸς ἡμᾶς εἰσέλθειν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Oportet, non nisi per multas tribulationes ingredi in regnum Cœlorum; Act. 14, 22. Dei quippe donum tribulatio vocatur, Philipp. 1. patientiamque parit, Rom. 5, 3. c. 12, 12. conf. 1. Petr. 4. nec nos θλίψις ἀ ἀ dilectione Dei separare potest; Rom. 8, 35. Priscis (veluti Varroni de R. R. c. 23.) tribulare idem atque tribulo, comminuerē, significabat. Pro ærumnis & afflictionibus adhibuit *Vulgatus tribulationes*. *Tribulosus* locus dicitur *Sidonio* Epistol. 7. lib. 9. & 4. ep. 3. qui plenus tribulis asperrimusque est, & senticosus. Per enallagen significationis passiv. *tribulantes* audiunt, pro *tribulatis*, energumēni, à dæmonibus vexati; Epist. 8. inter *Francicas*, *Historiar. Francic.* Tom. 1. i. e. dæmonia habentes, quique contorquentur, in aëra suspēsi.

§. II. Nobis autem *tribulus* & primam corripit, & Græcæ est originis, & *naturaliter* vel herbam denotat aquaticam, eine Stachel, Nuss/ oder Spitze, Wasser, Weyher, Castanien, und See, Nuss; vel undique aculeatam sentibus terrestrem, eine Distel; vel *mechanicè ac artificialiter*, jam *massulam asperiore ferream* significat, quæ additur luparis, ad ferocios equos edomandos. Ad quem sensum revocandus locus *Pf. 32*. Ita *Pollux* quoque adhibet in *Lex. l. 1*. An & *tortorium* notet instrumentum, quo malefici, hostes, Martyres subjecti, vel objecti ferris, tribulisque ferreis, ac clavis? Vid. *Schmidius* in *Comment. ad Hebræ.* c. VI. f. 1309. Hoc certum est, pro *militari machina* frequenter usurpari *tribulum*. Sicut in *Glossar. du Fresne* Tom. 3. f. 1188. *Tribulus Vegetol.* 3. jure milit. c. 24. *muricem* indigitat, & *propugnaculum*, confixum palis

lis 4. quod, quomodocunque objeceris, stat tribus radiis, & infestum est erecto quarto. conf. *Plutarch. Scipion. Lips.* V. Poliorcet. dial. 3. Velut vocem *τριβολος* in Tacticis usurpat *Leo*, c. II. §. 28. c. 14. §. 45. c. 19. §. 56. De quo etiam *Salvian.* lib. 6. *Sicut exercitus pugnaturi, ea loca, per quæ venturas hostium turmas sciunt, aut foveis intercludere, aut sudibus præfigere, aut tribulis infestare dicuntur &c.* Incertus Autor post *Theopbanem* in *Armenio Leone*, p. 434. inter instrumenta belli memorat, *τριβόλος τε καὶ τετραβόλος*: quanquã *τετραβόλος* malit ibi legere *du Fresne*. Pro militari machina, (quam *Tribuchetum* i. e. *Tribock*, seu *Tribocchum* *Petrus* nominat de *Vineis* l. 2. Ep. 57. & *Matth. Paris.* Ann. 1246. & *Richard. de S. Germano* in *Chronico.*) *Jacobus de Vitriaco*, lib. 3. *Hist. Orient.* p. 1133. *tribuculos*, & *tribuculos* minores tribulos appellat. *Guilielm. Budeus* in *Annotat. ad Pandectas*. L. *Quidam Hyberus, de servit. præ. ur.* Tribuli, vel, ut Græcè dicitur, *τριβόλοι*, machinulæ sunt ferreæ, dolosæ, trigonâ aut tetragonâ formâ, quæ, in quamcunque partem incubuerint, unum, aut plures aculeos infestos protendunt. *Plutarchus* in *Apophth.* *κατασπείρας τριβόλους σιδηρεῖς, ὅπως μὴ διαμένοντες οἱ πολέμοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν*; spargere tribulos ferreos, ne hostes aggeribus insistentes pugnam illinc ciere possint. *Plaut.* in *Herodiano* lib. 4. *Simulatâ fugâ tribulos, aliaque ferramenta acuminata projiciebant.* Latinè *murices* dicuntur. *Curtius* lib. 4. c. 13. *Bion* quidam transfuga nunciat Regi, *murices ferreos* in terram defodisse *Darium*, quâ hostem equitem emissurum esse credebat. *Valer.* lib. 3. c. 7. de *Scipione Æmiliano* loquens; suadentibus quibusdam, ut circa mœnia urbis, quam obsideret, *ferreos murices* spargeret, ne subitâ eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent,

B

& reliq.

& reliqua. Hinc *muricati gressus Fulgentio*, id est, formidolosi & pavendi: *Intuemur*, inquit, *arva*, quibus adhuc impressa bellantium planta, *muricatos*, quod ajunt, sigillaverunt gressus, conf. *Dio Cass.* l. 20. hist. *Steuvech.* ad *Veget.* 3, 24.

§. III. Remotis aliis acceptionibus, de *Tribulo* agemus naturali, vegetabili nimirum, & aquatico. Terrestrem quippe mittimus, qui noxiam designat herbam, speciosè equidem florentem, & pileolo purpureo coronatam; sind und bleiben aber Distelköpffe / die nichts dann rixen und stechen können. *Nunquid enim colligunt de spinis uvam? aut ficus de tribulis?* apud *Matth.* 7, 16. quærit *Christus*. In *ἀκάνθαις* ergo, sicut ad *Hebræos* c. 6. ita etiam hîc numerantur *τρίβολοι*. Hîc vide sis *Erasimum Schmid.* in *Comment.* f. 150. *Poëta Naso* in *transfigurationum* V.

— *Lolium tribulique fatigant — Triticeas messes.*

Virgilius quoque cecinit *Georg.* I. v. 153.

Lappaque tribulique, interque nitentia culta,

Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

Mollia sunt tribulorum horum folia; quæ ubi inaruerint, ad spinas asperantur. Sed, ut dictum, transeant hæc talia. Aquaticorum tribulorum potiùs synonyma adjicimus, *Ebræis* *קרב* & *קרב* *Græcis* *τρίβολος*, *τρωγόνερος*, *βυκέφαλος* *ἀσπάλαθος*, nominatur; teste *Dioscor.* lib. 5. c. 19. *Plin.* H. N. l. 12. c. 24. l. 24. c. 13. *Plato* lib. X. de *Rep.* tyrannos laniari refert ap. inferos *ἀσπάλανθων* spinis. *Nux aquatica*, *aquaticusque tribulus*, *murexque*, & *tribunculus*, *Latinis* audit; *Gallis* *chausse trappe*, *Salegot*, *Britannis* *thistle*, *Waternut*; *Hispanis* *Elabrojo yerva espinosa*; *Italis* *Trio-lo*; *Hungaris* *Boytorian* vocatur. Gentibus proinde omnibus civilioribus res non ignota, *Tribulus*. Si, an *Galeno*, *Avicenna* & *Arabibus*, *Serapioni* quoque innotuerit hic fructus

ctus, quæras? affirmando respondemus. *Aristotelis* discipulo ac auditori, *Theophrasto*, *Plinioq;* hæc debemus, quæ sequuntur.

§. IV. *Natale solum*, aquæ sunt palustres, stagna, juxta flumina, interdum exundantia; ut ap. *Strymonem* *Thracie*, ex *Hæmo* profluentem; ap. *Albim* in *Saxonia* superiori, juxta *Wittebergam*, *Torgam*, atque in *Anbaltinatu* proximo. Fallor ne? an & juxta *Spream* in *Lusat. inf.* *Amatus Lusitanus* Comment. in 4. *Dioscor.* c. 16. p. 595. *Ferrarienses*, ait, atque *Mantuanos*, imò ferè omnes *Lombardos*, *Castaneas* aquaticas vocare tribulos; *Simone Pauli* teste, in *Botanico* quadripart. class. 3. p. 507. voce *Tribuli*; qui, peregrinos, adjicit, *ex iis sibi facere coronas, ut suspensis collo iis, meliùs hypocrisis ostentent suam*: statuens ibidem, 4. aculeis corniculisque illis, mitras peregregiè repræsentari *Lojolicas*. *Fridericus Hoffman*, Doctor Medicus insignis, in *Schröderian.* *Clav. Pharmaceut.* l. 4. sect. 1. §. 357. p. 561. ut in *Italia* plerisque, sic & *Mantuani* & *Ferrariensis* agri lacubus fluminibusque tribulos frequentes nasci, neque procul adè à *Lipsia*, ad pagum *Rotha*, asserit. Nec tantùm tamen in fluminibus; ut *Plinio* est visum. Rectiùs omninò *Theophrastus* noster. in *Hist. Plantar.* *Non in fluxibus omnibus, nec ubique tribulus erumpit, sed in (quorundam) fluminum palustribus*. In aquis verò, quando definivimus natalem locum, non excludimus terrestre fundamentum. *Altitudo profundissima quinquorundam digitorum* dicitur *Eresio* Philosopho, aut paullo altior. In terra radicitur pingui, lubrica; non arenosa, lapidosa, minerali. *Altitudo autem, aut profunditas quinquorundam non tantummodò est digitorum, ceu definit Theophrastus; sed quinquorundam etiam, pro ratione aquæ, cubitorum*. *Ulnarum* certè



quatuor & vidimus haud ita pridem, & XII. ferè pedum longitudinem in caule deprehendimus. Nec tamen affirmare liceat, plerosque tam excrefcere in altum. Hoc notabile, pro aquarum modo, altitudinem affurgere pedunculi, prolixioris, mediocris, brevis. In fossa castris nostri ambiente vallum, quatenus *Elystri* portam Albis respicit, non unam modò perticam exæquat altitudo aquæ. Propior res admirationi, posse per tot cubitos liquoris incumbentis, & à vento agitati, surgere ac eniti plantam, ut in summa extet unda flos cum foliis illæsus, & ex flore fructus.

§.V. Possemus addere *varietatem* Tribuli terrestris & aquatici, si *Dioscoridis* ac *Plinii* hic immorandum verbis esset. Neuter enim non terrestris pariter & familiare aquis genus memorat; sed in aquatico subsistimus. *Figuram* ergò potiùs considerabimus. De hac philosophatur ita *Theophrastus*, ut à foliis incipiat. *Ipsa folia inflexa quodammodò & occultantia tribulum. Folium est amplum, ad effigiem ulmei; pediculo admodum longo: caule, parte summâ quidem, crassiori; unde folia fructusque dependent: infernâ autem graciliori continuè, usque ad radicem, capillamenta quedam, indidem exorta, gerente; & quæ sequuntur. Eleganter admodum fusèque Theophrastus hæc; sed nec ineptè Dioscorides, compendiosè tamen: Aquis familiare genus, (Tribuli) quod in fluminibus natum commam exerit, aculeos condens: foliis latis, & pediculo longo: caule, parte summâ, quàm imâ, crassiori: capillamenta quedam indidem exorta spicantur. Latiora folia orbicularem & conspersam venulis ac maculis figuram representant. Sed, dimissâ plantâ, propiùs figuram nunc respiciamus, Cuspides habet tribulus IV. quadrifariamque ferit;*

ferit ; nomen tamen à triangulari forma obtinet. Infimâ parte, uti fructus & effectus aliquis adhæret cauli, nullâ vi admotâ decidens, maturior inprimis & calore Solis pressus: parte sui superâ, ut semen, quatenus per aquam petit fundum, aut in alveis aquariis servatus, aperitur & herbascit iterùm ; ut nux juglans, glans, castanea.

§. VI. Excipiunt figuram *partes* tribuli. Aculeos 4. regulariter agnoscit ; extra ordinem sunt pauciores. Ambiens externa est *cuticula* ; quæ impuritatem aquæ corticique ipsi parit ; &, ut à putredine servetur diu, separanda scopis & affusione frigida omninò est. *Putamen* sequitur lignosum, loculosum, durum ; quod in cineres reductum, sal relinquit penetrans. Dulcissimus succedit *nucleus*, castanearum vices supplens, niger minimè, ut *Theophrastus* ait ; sed candidior. *Itali*, inprimis *Mantua- ni* & *Ferrarienses* nominant *Castaneas aquaticas*. Ut in juglandibus nunc integrè, nunc frustillatim nucleus eximitur ; sic & in tribulis aquaticis. Palato placent magis in continuatione esûs, quàm initio ; sebacei quid redolentes primùm, sed suavissimi, dulcissimique sunt ac oleaginosi, cocti nempe. Oleum (si scire voles) ad posteritatis propagationem capacibus nonnihil confert. Invitamenta potûs, esitati calefaciunt siccantque Tribuli, irritamenta marium, inprimis juniorum. *Florent* mense *Junio* ; *Augusto* & *Septembri* mense maturescunt. Nutriunt haud parùm ; sed adstringunt, & obstipant alvum : hinc butyro temperandi ac emolliendi. *Thraces*, qui ad *Strymona*, & *Scytba*, qui ad *Istri* ostia, in varias paludes exundantia morantur, pulres inde faciunt, & panes, non absurdâ consuetudine. Quam in rem confer sis, post *Plin. Andr. Scoti* Itiner. nov. &, de re cibar, *Bruyerin*.

§. VII. De cortice lignoso atque tegumento libet
 speciatim quærere; quid causæ sit, quòd tegumenta nu-
 cum nunc sint lignea, nunc coriacea, nunc membrano-
 sa, nunc testacea? Neque unum uni (ut juglandi, aut ca-
 staneæ) sufficiebat tegmen, datum à Natura, matre pro-
 videra. Hinc mirum *Plinio* videtur, cur hos fructûs viliores
 tantâ occultaverit sollicitudine ac curâ? *Scaliger* ex *Theo-
 phrasto* rationem dat: *Ut nempe & externis & internis ho-
 stibus resisteret.* Verba adferamus reliqua, subtilitatum ple-
 na. *Dico* dat, inquit, quibus diuturnitatem comparat:
τεροφω̄ habent, unde alantur; καὶ φυλακω̄, & quæ serva-
 re possint ipsam *τεροφω̄*. Hanc *φυλακω̄*, id est, presidium
 esse in munimentis, quæ mox enumerat, *ποικνὰ*, *ξυρᾱ*, nec
 non *ξυλω̄δη*. Nam cum vel putrefactio disperdat, vel be-
 stiola populentur, vel siccitas interimat, vel frigus exurat,
 hæc omnia incommoda tolluntur. Ne externa impressiones
 malè habeant, obex est densitas: nihil enim subit. Et quia
 multa sunt densa, quæ sunt humida, aqua ipsa iccirco vo-
 luit etiam sicca esse. Cum autem multa sint densa & sicca,
 ut libri arborum, & coria castanearum: idcirco addidit *ξυλω̄δη*.
Julius hæc Cesar Scaliger ad *Theophr.* I. de CC. Plant. fol.
 30. in Comment. Ibid. idem: *Esculentum aliis intus esse,*
 (ut nucibus) quibusdam foris, (ut prunis, cerasis &c.)
 nonnullos totos edendos esse fructus, ut tubera. Omnes te-
 gi aut corio, aut cute, aut testacea; aut tota obiecta, aut
 semioperta: cujus haud unus modus. Aliter enim glans ob-
 ducitur, aliter abellina. Tegumentum duplex; carneum
 amygdalo, coriaceum pistacio. Corium armatur spinis in
 castanea: asperatur pustulata scabritia glans. Quibus-
 dam & nucleus esculentus, & exterior pulpa; velut *Arme-
 niacis*, aliquibus extrinsecus tantum; foris, ut *Persico*; in-
 tus, ut *juglandi*.

§. VIII.

§ VIII. Hæc de *Cortice* : quo fracto , *nucleum* examinemus. Ad naturam ejus, & naturæ qualitatem pertinet *salubritas*; ut sciamus, *an, & cui profit* ? Nihil ferè de hoc argumento *Theophrastus*; plura *Dioscorides*. Refrigerantis atque inspissantis statuit naturæ semen tribuli, vel nucleum. *Inflammationes omnes*, ait, *juvat cataplasmate*: *ulcera in ore erumpentia*, *putredines*, *gingivas*, *tonsillas*que persanat. *Succus ex his colligitur*, ad oculorum medicinas. *Semen dum recens bibitur*, *calculosis* *juvamentum* affert. *Ihraces*, qui ad *Strymona* *amnem* habitant, *virenti tribulo* saginant equos, è *dulci semine* & *esculento panem*, quò vescuntur, faciunt. Hæc ille. *Plinius* omninò gemina commemorat; ut suspicari possis, alterum ab altero hæc mutuatum. Priorne *Dioscorides*, an *Plinius* id fecerit? addubitant nonnulli. Nobis certum est, *Anazarbensis* illum jam *Augusti* tempore, in ministerio *Cleopatræ* ac *Antonii* vixisse. Præter pulices, remedio hoc abigendos, id peculiare refert diligens Naturæ indagator: *Ventrem tribulos contrahere*: *radicem castè etiam collectam*, *Strummas discutere*: *semen adalligatum varicum dolores sedare*: *tritum verò, & in aquam sparsum pulices necare*. Hæc ad finem & effectus tribulorum spectant omnia. Paucissima ad foliorum usum pertinent, sed pleraque ad commendationem nuclei. Apprimè nobis placet lepidum *Baptistæ Fieræ* carmen:

Tribule in undosis si nate paludibus alges,
Cur tamen irata cornua frontis habes?
Secretas tutamur opes: sub cortice dulcis
Esca latet; dulce hoc nec nisi ab igne datur.
Est mihi ab æthereo numerosa potentia rore,
Me maris & cæli provida cura fovet.

languen-

Languentes vereor fauces, nec mandere lumbus

Discupit, urina huic cum nocuitq; lapis.

Ex me mica juvat gravidas, sed contrahit alvos,

Me miserum mortis dos mea causa mihi.

§. IX. Non frustra interim solliciti videbimur, si, cum ad *nucis* species sint referendi tribuli, (omissi, quod mireris, in *Carpologia* sua, à *Sperlingio* τὸ μαναεῖν sed & à *Malpighio* in *Anat. plantar.*) de salubritate porrò aliquid adjiciamus. *Salernitana* Medicorum schola sic pronun-
ciavit:

Unica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.

Sunt, qui de diversis nucum generibus interpretantur sensum versùs; & per *primam unicamve*, quæ prodesse dicitur, intelligunt *Moschatam* nucem, seu *Myristicam*; à fragrantia odoris ita dictam. Hæc mirificè & cerebro, & stomacho, & utero prodesse creditur. Per *alteram nocentem* capiunt vel *avellanam*, vel *juglandem*. Utraque enim, esitata largiùs, symptomata inducit varia; rebellis stomacho, descendit ægrè; dura ejus atque solida substantia (inprimis exsiccata) parum nutrit, bilem auget, capiti insidiatur. Conf. *Melch. Sebiz.* 2. de alimentor. fac. p. 293. seqq. Per *tertiam*, quæ inferre mortem prædicatur, innuunt *metellam*. *Nux officinar.* *Metel*, fructus peregrinus ap. *Clus.* Hæc namque juxta *Ibn Sina* l. 2. *Can.* tract 2. venenata & narcotica, cerebro cordique inimica est. De hac *Matthiolus* sic scribit: *Pota quatuor granorum pondere, cum vino fortem facit ebrietatem, duarum verò drachmarum pondere hausta, statim interimit; nisi succurratur epoto calido butyro, vomitu, & aquâ calidâ, &c.* De una tamen & eadem nuce, maximè *juglande*, versum eò referunt, ut paucas numero, citra denarium consistentes, per

per secundam plures, perque tertiam immodicè ingestas notent. Primam expositionem propiùs accedere *Salernitana* scholæ statuit *Sebizius* laudato loco; mox discedit à se ipso, & pro prima accipit juglandem atque avellanam; per secundam vomicam; per tertiam lethiferam *Metellam*: de qua plura *Clusius* in exot. 2. lib. cap. 30. Veruntamen quid opus est ambagibus? cùm *Salernitani* ipsi ita expli- cent: *Secundùm hanc interpretationem, nux prodesse uni- ca dicenda est, quòd viridium ac recentium nuclei decor- ticati, & ante alios assumti cibos sumpti ventrem, leniter subducant; torrefacti verò aliquantulum, à cibo reliquo commanducati, ciborum in corpus distributionem adjuvant. Altera nocere, quòd convictu sint difficiles, ac immodera- tiore usu caput tentent. Tertia verò mortem inferre; quòd præter jam dicta incommoda, δυσεντερίαν etiam, ad istum ingesta modum, generent: qua, nisi præcipiti & compendia- rio auxilio cobibeatur, mortem brevi inferat. Quid clariùs? Hæc nihilominus ad tribulos non pertinent incommoda.*

§. X. Quantoperè nimirum usibus inserviant huma- nis, fas sit pluribus supersedere, atque, velut in compen- dio, exprimere *Baldassaris Timei* à *Güldenlee* / *Celebri- oris Medici Electoral, olim Brandenburgiei, appendice ad lib. VI. Epist. M. 5. p. 399. seqq. I. Das weisse Marck ge- nossen / befördert den Urin / und treibet den Sand / und Nieren-Stein. Galenus Lib. 8. de simpl. med. facult. fru- ctus tribuli lapides in renibus comminuit. Plinius Lib. 22. cap. 10. tribulus potus calculos frangit. Dioscorid. Lib. 4. cap. 14. Semen, hoc est, medulla tribuli, dum recens bi- bitur, calculosis juvamentum adfert. *Alfonsus Mare- scottus* Lib. de simpl. medicam. Pulvis tribuli in vino po- tus ad urinam sanguinolentam & arenosam pellendam va- let.*

let. *Matthiolus*, das Marck von den Wasser-Nüssen in starcken weissen Wein getruncken / ist gut vor den Stein.

2. Der Saft aus den Blättern gepresset / ist gut vor hitzige Augen-Flüsse und Geschwüre / als auch sonst wider andere Inflammationes und hitzige Geschwulsten / so man nur die Blätter auffleget. *Dioscorid.* cit. loco: Succus tribuli nobilibus collyriis miscetur. *Plinius*: Succus ex tribulis colligitur ad oculorum medicinas: est enim refrigerantis naturæ, & ided utilis ad inflammationem collectionesque.

3. Mit Honig-Wasser gekocht und damit gegurgelt / halten sie fein / und säubern allerley Mund- und Hals-Geschwüre / desgleichen das Zahn-Fleisch und die Schwämme der Kinder. *Dioscorid.* cit. loco. Tribulus gingivis & faucibus opitulatur, melle addito aphtas, id est, oris putredines tollit. *Plinius*: Ulcera per se erumpentia & præcipue in ore cum melle tribulus sanat, item tonsillas.

4. Das Marck der Wasser-Nüsse dienet auch für den Durchlauff oder Bauchfluß / so man dessen ein gut Theil zuvor auf einem gelinden Kohl-Feuer geröstet / auffisset / oder pulverisiret in Muscaten-Wasser oder anderm appropriato liquore gebrauchet. Virtus enim tribuli est stiptica. *Dioscor.* cit. loco. & *Plinius*: Nucleus tribuli ventrem contrahit. Lib. 22, c. 10.

5. Die Wasser-Nüsse sind auch gut vor das Gift / und Biß der Schlangen / so man das Marck in einen guten starcken Wein inwendig gebrauchet. und die Blätter außwendig auffleget: *Dioscorid.* Tribulus bibitus & impositus morsibus venenatis occurrit: Tribulus convenit morsibus Tyri.

6. So man das Kraut im Wasser kochet und die Kammer
damit

damit besprenget / müssen alle Flöhe davon sterben / daher
schreibet *Dioscorid.* Elixatura tribuli pulices enecat, &
quæ seq.. Hæc non animo medendi, sed naturæ tribulo-
rum vires explorandi, adjecisse liceat. Nec enim omnia
promiscuè credenda, Sola fidem facit repetita sæpius ex-
perientia.

T. Δ ⊖.

Politissimo Viro - Juveni,

GEORG. ABR. HAMOPIELN-
HUBERO, Altdorfino - Norico,

Medicinæ solertissimo Cultori, Responsuro, S.P.

A Bhoc inde tempore, quo Incomparabilis
noster STRYKIUS Patronis te nonnul-
lis commendavit, Celeberrimusque Jctor.
DN. D. LINCKIUS, in Alma Noricorum
Antecessor meritissimus, Affinis & Mecœnas
tuus, curam oppidò paternam tui in se, docu-
mentis præsentissimis, suscepit, cœpi te non
obiter amare. Cogitabam enim meritò, sub-
esse graviores causas, cur tantorum te Viro-
rum arbitrato aliis probare posses. Strenu-
um in arte Medica fervorem observavi tu-

A 2

um,


ax 74 631

(20.)

um, cum & anno proximè superiori, & cur-
rente hoc assiduus obires scholas inclitorum
Medicinæ Professorum. Amicitiaè necessitu-
do, quam cum domesticis, non sine laude pro-
bitatis, contraxisti meis, filiis adultis etiam,
effecit, ut non ampliùs te amem modò, sed
& æstimem inprimis. Ad Scriptores quos-
dam veteres, de TRIBULIS, à tribulationi-
bus [Ecclesiasticâ ut voce utar,] Academici
regiminis continuè exagitatus, quicquid
commentari inter tot molestias fas erat, tuis
usibus, honori tuo, quando ita voluisti, mili-
tet. Quod superest, non tantùm tibi gratulor
de publico specimine, sed & tua porrò studia
commendo DEI gratiæ ac Patronorum.

E muséo Wittenberg. pridie
Non. Septembr. Anno
M DC, XCII.

PRÆSES.



konf

he



Q.K. 363

04468)

II u
631

THE

ALIS,

The

CIS,

DM

oscorid. & C.
d.

GE

NIFICO,
CASPARE
ERO,
d. Seniore,
ELNHUBER,

ico,
no M. DC. XCII.

Æ,
TERI, Acad. Typ.

CA
NA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

